



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 633. Usque Ad Annum 726

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1760

VD18 90117840

§. 39. Concilium Emeritanum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66082](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66082)

Sæculum VII sandaliis alterum donavit. Miracula
 A. C. 666. quoque, quibus ejusdem Sepulchrum ce-
 lebrabatur, enarravit.

§. XXXIX.

Concilium Emeritanum.

to. 6. Conc.
 p. 497.

c. 3.

c. 5.

c. 7.

c. 8.

Sup. Lib.
 XXXVIII.
 §. 20.

In Hispania duodecim Episcopi Provin-
 ciæ Lusitanæ, Emeritæ Urbe Metro-
 poli, sexto Nov. Recesuisti Regis anno
 decimo octavo, æra 704. seu anno sex-
 centesimo sexagesimo sexto, in Synodo
 congregati viginti Canones condiderunt.
 In primo Fidem suam profitentur. Dein-
 de præcipitur, ut, Rege in castra profe-
 cto, singulis diebus Sanctum Sacrificium
 pro ipso & toto exercitu offerretur. (*)
 Episcopus, si in propria Persona ad Con-
 cilium ire nequeat, non Diaconum mit-
 tat, sed Archipresbyterum suum, aut
 saltem Presbyterum, qui post Episcopos
 federe, & pro illo, qui eum misit, re-
 spondere possit. Episcopus, si a Conci-
 lio abfuerit, in Cellula includatur ad cer-
 tum tempus, & Pœnitentiam agat. Qui-
 libet Episcopus in Ecclesia sua Cathe-
 drali Archipresbyterum, Archidiaconum,

(*) Ejusmodi exemplis convincuntur Prote-
 stantes; non tantum Jesu Christi Corpus in com-
 memorationem Redemptionis nostræ sumere,
 sed etiam ad impetrandas novas a Deo Grati-
 as in Missa illud offerre, antiquissimam Fidelium
 consuetudinem esse.

num, & Primicerium habeat. Hi tres nimirum, ut supra adnotavi, omnium Clericorum Principes erant. Episcopus Presbyteros & Diaconos, quos ad se sublevandum idoneos existimaverit, e Parochiis evocare, eorumque opera in Ecclesia Principali seu Cathedrali uti possit; ipsi tamen omnem curam illarum Ecclesiarum, e quibus evocati fuerint, non dimittant, sed reditus percipiant, consentiente Episcopo, Presbyteros vices suas subituros constituent, eisque pensiones annuas præbeant. Hic videmus, unde Canonici, Parochi primitivi, originem duxerint. Episcopus Bona Ecclesiæ Clericis bene meritis concedere valeat, ut hoc exemplo etiam alii trahantur.

Oblationes, quæ sub Missam Ecclesiæ fiunt, in tres partes dividantur. Pars prima Episcopo, secunda Presbyteris & Diaconis, tertia Subdiaconis & Clericis inferioribus detur. Episcopi non amplius tertiam partem reddituum ex Parochiis accipiant, sed ad facta tecta impendatur, & si Parochiæ inopia laborent, Episcopus suis sumptibus ædificia reparat. Presbyteri pro Baptismo parvulorum nihil exigant; si vero aliquid ultro oblatum fuerit, accipere liceat. Presbyteri in Parochiis Clericos ex Servis Ecclesiarum suarum sibi eligant, eisque pro modo

Sæculum VII
A. C. 666.

c. 12.

c. 13.

c. 20. 21.

c. 16.

c. 9.

c. 18.

Sæculum VII modo redituum stipendia dent. In qui-
 A. C. 667. busdam casibus plures Ecclesiæ unius
 Presbyteri curæ committuntur, quia sin-
 gulæ Presbytero sustentando non suffi-
 ciunt. Si res ita se habeat, Presbyter
 omnibus Dominicis in singulis Ecclesiis
 Sacrificium offerat, & pro Fundatoribus
 oret.

Ex his dispicimus, uni Presbytero, id
 postulante necessitate, plures Missas una
 die celebrare licuisse. Hæc mihi Cano-
 nes Concilii Emeritani legenti notatu di-
 gna visa sunt.

§. XL.

S. Ildephonsus Toletanus.

Sanctus Ildephonsus Archiepiscopus To-
 letanus, illa ætate maximum Eccle-
 siæ Hispanicæ Decus, extinctus est sub
 initium anni sequentis, Recesuinti Regis
 Mart. Rom. decimo nono, nempe 667. vigesimo ter-
 23. Jan. tio Jan. quo die Ecclesia ejusdem Mem-
 oriam colit. Is adhuc Juvenis de Bonis
 Julian. to. 2. suis Monasterium Virginum fundavit,
 Act. SS. & se ipsum in Monasterio Agaliensi, cu-
 Ben. p. 516. jus Abbas fuit, Deo consecravit. Inde
 invitatus jubente Principe Toletum red-
 ctus, & Eugenio II. anno 658. vita fun-
 cto Episcopus ordinatus, Sedem tenuit
 annis novem & duobus mensibus, & in
 Ecclesia S. Leocadiæ infra pedes Ante-
 cessoris sui sepultus est. Multa S. Ilde-
 phonsus